Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift

suscitari debeamus semper in corda mittendo. ·xxvi·
Et nunciauerunt iohi discipuli eius de omnibus his. Non simplici corde
ut opinor. sed inuidia stimulati discipuli iohis et xpi uirtutes et miracula
narrant. Nam et alibi ita apud eum questi esse produntur. Rabbi qui erat
tecum trans iordanem cui tu testimonium perhibuisti. ecce hic baptizat et
omnes ueniunt ad eum. Quibus tunc respondit iohs. quia non potest homo
accipere quicquam. nisi fuerit ei datum de celo et cetera. quibus et se purum homi
nem et [illegible] xpm dei esse filium manifeste declarat. Verum quia mansit in ui
dia liuor, q[illegible] ne[illegible] qu[illegible] quibat expelli. quid pro eis corrigendis optimus
e[illegible] magister ad huc [illegible] egerit attendite. Et conuocauit duos de discipu
li[illegible] lis suis iohs et misit ad dnm dicens. Tu es qui uenturus es an alium ex
ex[illegible] pectamus. Videlicet ut per hanc salubrem occasionem uidendo signa que
faciebat crederent in eum. et magistro interrogantes sibi discerent. Ergo
non ait. tu es qui uenisti. sed tu es qui uenturus es. Et est sensus. Manda mihi
quia interficiendus ab herode et ad inferna descensurus sum utrum te et in-
feris debeam nuntiare qui nuntiaui superis. an non conueniat filio dei ut
gustet mortem et alium ad hec sacramenta missurus es. In ipsa autem hora curauit
multos a languoribus et plagis et spiritibus malis et cecis multis donauit
uisum. Iohs interrogauerat per discipulos. tu es qui uenturus es an alium ex
spectamus. xpc signa demonstrat non ad ea respondens que interrogatus fue
rat. sed ad scandalum nuntiorum. Euntes inquit renuntiate iohi que uidistis et
audistis. Ceci uident claudi ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt.
mortui resurgunt. et quod his non minus est pauperes euangelizantur. Vel pauperes spu
uel certe opibus pauperes. ut nulla inter nobiles et ignobiles inter diuites. et
egenos in predicatione distantia sit. Hec magistri rigorem. hec preceptoris
comprobant ueritatem. quando omnis apud eum qui saluari potest equalis est.
Quod autem ait. Et beatus est qui cumque non fuerit scandalizatus in me. Et nuntios
iohis qui eum esse xpm non crediderunt aperfidie scandalo castigat. et eidem
iohi quod querebat exponit. quia deus saluos faciendi et diu extuis mortis. Visis
enim tot signis tantisque uirtutibus. non scandalizari quisque poterat sed ammirari.
Sed infidelium mens graue in illo scandalum perpulit. cum eum et post tot mira
cula morientem uidit. Quid est ergo dicere beatus est qui non fuerit scandalizatus
in me. nisi aperta uoce abiectionem mortis sue humilitatemque signare. Ac si patenter
dicat. Mira quidem facio. sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo morien
do te subsequor. cauendum ualde est hominibus ne in me mortem despiciant
qui signa uenerantur. Et cum discessissent nuntii. ihs cepit dicere ad
de iohe ad turbas. Quia turba circumstans interrogationis myste[illegible]
rium nesciebat et putabat iohm dubitare de xpo quem ipse monstrauerat.